

Apparuit gratia Dei omnibus hominibus.

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli ad Titum 2, 11-14

Caríssime:

¹¹ Appáruit grátia Dei salutáris ómnibus homínibus
¹² erúdiens nos,
ut abnegántes impietátem et sæculária desidéria
sóbríe et iuste et pie vivámus in hoc sáeculo,
¹³ exspectántes beátam spem
et advéntum glóriæ magni Dei
et salvatóris nostri Iesu Christi,
¹⁴ qui dedit semetípsum pro nobis,
ut nos redímeret ab omni iniquitáte
et mundáret sibi pópulum peculiárem,
sectatórem bonórum óperum.

Verbum Dómini.